

XXVI 8

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

XXVI 8

1145-03

Ab anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi, millesimo centesimo quadragesimo quinto, regni autem serenissimi et magnifici domini nostri Rogerii regis invictissimi Sicilie et Italie anno quontodecimo, mense martio indictione octava.

Ego Petrus filius Iohannis Braccatii civitatis Melfi astris eiusdem civitatis coram subnotatis testibus voluntarie vendo et per fustem trado domno Angilo monacho filio Ursonis magistri eiusdem civitatis duas arbores olivarum in pertinentiis terris non longe ecclesie Sancti Martini, et ipsi arbores videntur stare in parietem iuxta serram finis Leonis filii Lolitia eiusque soptia, quatinus amodo in antea predicta mea venditio cum introitibus et exitibus suis sit in potestate sua suorumque heredum ad habendum et paciendum ex eis et de eis omne quod voluerint, sine mea meorumque heredum contradictione vel inquisitione, net pro ac mea venditione manifesto aput me habere totum statutum pretium quod inter nos stetit, videlicet viginti duos ducatos; unde voluntarie guadium ei do meque mediatorem ei pono ut ego et mei heredes et successores eis exinde siamus a debito et servitio doiminico et a parte uxoris mee et ab omnibus hominibus qui exinte illis querere aut inquietare voluerint aliquomodo. Quod nisi facimus demus eis propterea decem ducatos, immobiliter tamen venditione ipsa permanente, et ego ipse mediator licentiam tribuo eis pignerandum me igitur meosque heredes per omnes res nostras licitas et illicitas sine appellatione donec quod prelegitur eis adimpleamus.

Et hoc scriptum scripsit Faizirus protonotarius interfuit. Petrus firmat hoc Cartula firmatur Sabino vera probatur